

juxta contemplationes, exercitatum esse: similiter quia vir bonus est futurus, non precepta solum ad virtutem pertinentia edidisse debet, verum exercitari quoque secundum ista diligenter ac enixe.

EPISTEMA.

I.

Doctrina de Hospitalitate perperam omissa est ab Aristotele. Et quando Lib. IV. Nicom. c. 2. n. 27, Magnificentiam consistere etiam profitetur τοις ξενοδοχασις και δοτοσολασις, circa hospitum receptiones & dismissiones, id in universum estimantibus nobis negatur, eodem quod homo pauper affectu & effectu possit esse hospitalis, effectu non queat esse magnificus.

II.

Ad doctrinam de promiscuae humanitatis Officiis pertinet quoque ardua illa Questio: An Transitus per terras nostras aliis sit concedendus? Nam verò hominibus singulis, & paucis, a quibus nihil mali metuendum, iisque justa ex causa transitum potentibus, hunc denegare, utique durum & inhumanum existimamus; de magnis autem copiis, aut numero ex exercitu, res non caret controversia; illamque prudentiae magis quam rationis esse, censemus. Vid. Pufendorf. de J. N. & G. Lib. III. Cap. III. §. 5. & Kulpis. Colleg. Grot. pag. 31. 32.



Coll. diss. A. 86, misc. 24